



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus, lectulus noster floridus, tigna  
domo[rum] nostra[rum] cedrina, laquearia cypressina.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

RUPERTI IN CANTIC. CANT. CA. I.

dona septem gratiarum, id est, septem spirituum  
super me requiescentium? Septem namque oculi,  
qui iuxta Zachariam prophetam in uno lapide  
sunt, septem sunt spiritus dei, qui iuxta iam dictum  
Esaiam prophetam super florem requiescunt.  
Isti oculi mei, sunt oculitui, oculi columbarum  
oculi omnium gratiarum. Omnia quippe gra-

Coloss 2<sup>1</sup>.

tiarum uel spirituum tu effecta es particeps, ex  
quo me castis uisceribus suscepisti, super quem  
requiescit & in quo habitat omnis plenitudo di-  
uinitatis corporaliter. Hoc eo dicente mihi, quid  
ego illi?

**E**cce tu pulcher es dilecte mi & deco-  
rus, lectulus noster floridus, tigna domo  
nostrae cedrina, laquearia cypressina.

**H**æc ego illi: Considerate diligenter o amici,  
qualis sit ista ordinatio huius scripturæ, scriptu-  
ræ cantabilis, in qua secretum nostrum, secretū  
dilecti & dilecta contemplari desyderatis.

**E**t hic & in cæteris quæ sequuntur, non ego  
dilecto & ille mihi, sed dilectus meus mihi & e-  
go illi: nisi quod semel audistis, ego dilecto meo,  
& ad me conuersio eius. Fere in omnibus dilec-  
tam honore præuenit dilectus, utpote matrem  
filius. Ille mihi, ecce tu pulchra es amica mea, ec-  
cet tu pulchra: & ego illi, ecce tu pulcher es & de-  
corus dilecte mi. Ille mihi, sicut lilium inter spi-  
nas, sic amica mea iter filias: & ego illi, sicut ma-  
lus inter ligna syluarrum, sic dilectus meus inter fili-  
os. Quid de hoc censemus? Nonne ille cum deus &  
bomo sit, debuerat ab homine mobis omnibus  
honore præueniri? At ille in hac disciplina totū

COMMENTARIO. LIB.I. 21

principatum possidebat. Huic apostolus ad Philippenses cum dixisset, nihil per contētionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superioris sibi inuicem arbitrātes, non quae sua sunt singuli consyderantes, sed ea quae aliorum: protinus ait. Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, qui cum esset in forma dei, &c. Ille nanque sicut in cæteris, ita in cōsyderatione mei, semet-ipsum humiliauit, quodammodo non consyderans, quod ipse esset deus, sed consyderans, quod esse me ego mater, & ipse filius, superiorem sibi arbitrabatur, quemadmodum & Euangelista uult intelligi, cum dicit. Et descendit cum illis & erat subditus illis. Itaque cum dilectus meus mihi, ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, ocu li tui columbarū: & ego illi, ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Scitote amici, quia uerba ista non a summis labris uenient, sed rationis & ueritatis istæ uoces habent fundamentum. Ille namque ueraciter in me ueneratur, quod sua mater & uirgo: ego in illo adoro, quod sit Deus & homo. Dico ergo. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Dicis mihi. Ecce tu pulchra es: & ego dico tibi, ecce tu pulcher es. Ex quo ego pulchra facta sum, ex eo tu, qui semper pulcher fuisti, pulchrior factus es. Nam uere in eo pulchritudinem tuam adauxisti quod cum deus es, homo dignatus es fieri. Hinc tu pulcher & decorus, ita pulcher, ut sis ipsa substantia pulchritudinis: ita decorus, ut sis ipsum decus humani generis. Vere ergo dicis mihi. ecce tu pulchra es: & ego, dico tibi, ecce tu pulcher es, quia tu pulchritudo mea es. Quod ergo pulchra sum, totum tibi attribuendum est. Neque

Lucæ. 12.

Qualis dul  
chri uido  
& decor di  
lecti.

C v

Domus ce  
drinæ tem  
pla sunt.

CAP. II.

RVP. IN CAN.CANT. CAP. II  
enim uirga floris, sed flos uirgæ pulchritudo est  
Igitur non nisi opinione falsorum atq; fallentiū  
nigra sum ego sicut tabernacula Cedar. Nam e-  
contra pulchra ego sum, & pulcher es tu, & le-  
ctulus noster floridus lectus, inquam, id est, ute-  
rus meus, in quo tu qui euisti totis nouem men-  
sibus, & saluo uirginitatis meæ sigillo egressus  
es flos pulcherrimus, nec iam in desertum ejicie-  
mur sicut tabernacula Cedar, imo in Cinitate  
nostra domos habebimus, & habebimus diuiti-  
as multas, & præclaras scilicet ecclesias. Nam ta-  
lium domorum nostrar; tigna cedrina, & laque-  
aria sunt cypressina. Nam sicut cedrus impuri-  
bile lignum atq; odoriferum, & cypressus lignū  
cedro pene proximum, uirtutis eximiæ sunt, se-  
plorum quoq; trabibus apta, impenerabili so-  
liditate nūquam oneri cedunt, sed ea, qua in prin-  
cipio fuerint, firmitate perseverant: ita domesti-  
ci nostri apostoli atq; apostolici uiri, doctores  
ecclesiarum atq; prælati, perpetuæ uirtutis atq;  
firmitudinis indeficientes erunt. & domus quo-  
q; manufactæ nostræ stabunt, quam diu dura-  
bit seculum, titulum habētes, locus terribilis, au-  
la dei, porta cœli. Hic fructus, & adhuc locuple-  
tior, te florem non decidentem sequetur. Quid  
adhæc dilectus?

Ego flos campi & lily conuallium.  
Ut tudicis o amica mea, pulcher ego sum &  
decorus, nam ego flos campi & lily conuallii  
um. i. decus generis humani, & honor parentū  
humiliū, patrum spū pauper; s. Abraham, Isa-  
ac & Iacob, David quoq; & cæteror; qui & si  
meritis montes, mente conualles fuerunt; & si